Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich).

Quelle:
Copyright:

Cod. CI.

Chartac. Fol. Sec. 14-15.

A 5. 8.

Joannis Wallensis Summa Collectionum.

Joannis Wallensis Summa collectionum de regimine vitae humanae. Incipit: "Cum collectionis hujus quae potest dici Summa collectionum, sint septem partes. Opus hoc varia pertractat argumenta; de re publica, re historica, et theologica. Post Syllogen omnium partium, distinctionum, et capitum in singulis collectionibus contentorum Sumariam, sequitur Prologus, qui incipit: "Cum Doctor, sive praedicator Evangelicus" etc. Prologum excipit prima, et maxima pars operis, quae est de Republica, cujus initium: "Et quoniam Respublica, ut dictum est" etc. Praeterea opus hoc plures tulit denominationes, ut: Margarita Doctorum; Communiloquium ad omnium generum argumenta; Summa collationum, quibus nonnulli seductito, tidem ei distincta tribuere opera. Plura de his dabunt Oudin: Script: eccl: Tom: 3. colum: 494. Segg. Fabric: Bibl: med: et infim: latin: T. 3. p: 109.

Joannes Wallensis, seu Gwallensis, et Vallensis Ord: Min: Parisiensis Doctor, natione Anglus, ob divinam, ut ait Jacob. Philipp. Bergomensis, doctrinam Vitae arbor nuncupatus, claruit juxta communem sententiam ao 1266. et segg.